





46.

VAS IN DOMO DEI VTILE

ADDVCTVM

II. ad Timoth. II. 20, 21.

CVM

VIR

CLARISSIMVS ATQVE DOCTISSIMVS  
DOMINVS

HENRICUS HEL-  
MERSHAVSEN

VINARIENSIS

INSPECTOR HACTENVS IN SCHOL. ORPHAN.  
HAL. LAT. VICARIVS

AD INSPECTIONEM

SCHOLÆ ALPENSIS IN LIVONIA

OBEVNDAM VOCATVS

DISCEDERET

GRATVLABVNDVS CECINIT

JOH. FRID. BERTRAM, Ulm.

S. Th. St.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ

Typis IOH. CHRIST. HILLIGERI, Acad. Typ.



46.2



Ulget in orbe domus regali condita mole,  
Ipsa Dei sedes Christi fundata cruento;  
Cujus lata patent, felicia limina circum,  
Præsertim variis spectatur vasibus aucta:  
At quorum utilitas, facies & cætera distant.  
Auro, Pactoli quod post se linquit arenas,  
Coelis non terris nato, nonnulla coruscant.  
Hoc est sancta fides e Christi vulnere ducta,  
Purpura quam manibus Patris pius accipit almis.  
Lamina candorem loquiturque argentea mentis,  
Eo produnt virtutum Castra lapilli  
Quae pectus castum, ceu ferta sponsa, superbit.  
Horum per magnus vasorum offenditur usus  
Hæc ad opus justum censemur idonea quodvis,  
His Dominus gaudet; cunctis his utitur horis,  
Irrorum recipit domus incrementa labore,  
Talia sint omnes qui summi Numinis esse.  
Exoptant servi, sint multi vascula fructus.  
At quot sacra colunt, qui vulgo sacra loquuntur!  
Quorsum multorum sudatus deviat humor?  
Indulgent operi, scribillant atque laborant,  
Sed sibi, sed famæ; sua jactant, cætera spernunt.



Finis quo tendunt ingloria gloria mundi.  
Sic vas abjectum supremus quisque manebit.  
Non est quod revocem tumulatas temporis umbras,  
Ut nos edoceant priscom exempla vivorum,  
Ipsum quod teritur seclum, quæ volvitur ætas,  
Pluribus ac decuit depingit talia signis,  
Lux equidem splendet, sed pauci luce fruuntur,  
Complures lucem nebulis velare laborant,  
Et nulli dubitant divina oracla ferire.  
Tolando Moses insignis Pantheus audit,  
Scepticus est Salomo. Quis nugas noverit omnes?  
Scripturas quidam Criticâ tractare profana,  
Occipiunt; Miseri pascuntur cortice sicco.  
Hi parvi possunt sane usus vasa putari.  
Ebullit cerebrum ast horret strigiligne pectus.  
Heu quantum lolii tam lacrumi polluit arvum!  
Quot quelo steriles passim dominantur avenæ!  
Ast alio florent animo qui vincula mundi  
Nec pede, seu collo gestant, queis maxima cura,  
Ut regnum Christi quavis confurgat in ora  
Toti nam fervent divinis ignibus acti,  
Consumiles aliis vitales subdere flamas,  
Ex verboque Dei præbentes pascua larga.  
O felix studium, quod nulla ætate peribit!  
O dulcis sudor qui mellis flumina gignit!  
Hic sapiens, cujusque opera vere sapit alter,  
Omnes qui vires ultro profundit ut atris,  
Emergant alii Tenebris, quæ corda pererrant,  
Ac, illustrati, lucecant, sole perenni.  
Utile vas porro commonstrat cura Juventæ,  
Hic labor! hinc laudem cunctis sperare licebit,  
Qui juvenum mentes informes rite reformat,  
Ac istis præfunt, vigilisque Parentis ad instar,  
Mox emendando; mox ad divina trahendo;  
Mox vita & nutu, mox suavi voce docentes,  
Ut lætis fructus signis prorumpat ubique  
Si mundum faciens missum cœlestia an helet,

Atque Deo prorsus vivat, crescatque juventus,  
Utile tale Dei multis ac dotibus auctum,  
Vas semper fueras, FAVTOR, quod facta probarunt  
Quis nescit studium ve fidem? quis nescit amorem,  
Quo TIBI mandatum mactas, CLARISSIME, coctum.  
Cujus vera salus valde fuerat TIBI curæ;  
Hæcce latusque tuum constans circumdabat umbra,  
Hic nîlus; leta quem semper mente subibas.  
Huc redeunt omnes qui TE strinxere labores,  
Ut squalente cohors juvenumque excederet antro,  
Transeat in regnum lucis; det nomina Christo.  
Ecce fidem vidit Dominus qui torquet Olympum!  
Atque novum similis curæ jam pandit agellum.  
Hunc colas, recolas, nervos intendito cunctos.  
Tuque paratus abis, Te commoda nulla morantur.  
Non tellus genitrix, non mente & sanguine juncti  
Nec terore movent series te longa laborum,  
Immanes fluctus, terrarum diffusa ripa.  
Omnia vincit amor, divinus pectoris æstus.  
Sic vas formosum, multis ac usibus aptum  
Florebis: nostri quod sit sententia voti.  
Amplificetque Tuam virtutem spiritus iste,  
Quem cordis retines felix penetralibus imis,  
Servet Te Numen seros in Nestoris annos,  
Affundat cunctis divam conatibus auram  
Sic regnum Christi diffusum surget in altum,  
Teque beata manet vita post fata corona.



2°

Gb 956,



Walter Becker  
Buchbinderei  
Halle, Thüringer Str. 24

VOMA



46.

# VAS IN DOMO DEI VTILE

ADDVCTVM

II. ad Timoth. II. 20, 21.

CVM

B.I.G.

Black

VIR  
VS ATQVE DOCTISSIMVS  
OMINVS  
RICUS HEL-  
SHAVSEN

VINARIENSIS  
ACTENVS IN SCHOL. ORPHAN.  
AL. LAT. VICARIVS  
AD INSPECTIONEM  
ALPENSIS IN LIVONIA

OBEVNDAM VOCATVS

DISCEDERET

ITVLABVNDVS CECINIT

RID. BERTRAM, Ulm.

S. Th. St.

HALÆ MAGDEBURGICÆ

CHRIST. HILLIGERI, Acad. Typ.

